



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Paula Vidua, S. Polycarpus Epis. S. Bathildis Regina. 26. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Paula Vidua, S. Polycarpus Episcopus
S. Bathildis Regina, 26 Ian.



Fuga peccati venialis.

Si contempnis peccata leuia quando
appendis, expauesce quando nu-
meras. *Augustinus.*

Exaudi nos Deus salutaris noster, v-
sicut de B. Paulæ (S. Polycarpi M. tu-
& Pont. B. Bathildis Regina) festiui-
tate gaudemus: ita piæ deuotionis et u-
diamur affectu. Per D. on. N. / Ch.
& c.

Ora pro viduis, &

1. S. Paula Romana è senatorum
genere nobilissimo, mater S. Eusto-
chij Virginis Christi, cum Vidua ef-
fet, sæculo renuntians, & facultates
suas pauperibus distribuens, ad Præ-
sepe Domini se recepit, ubi multis
virtutibus prædita, & longo coronata
Martyrio ad Cælestia regna transiit.
à S. Hieronymo valde laudatur.

2. S. Polycarpus discipulus S. Io-
annis Apostoli, spiritus eiusdem fuit
hæres & æmulator. Illo igitur Marci-
onem hæreticum aggressus, Primo-
genitum Satanæ, appellavit Captus à
persecutoribus, iussusque maledice-
re Christo, respondit 80. annos sibi fa-
mulanti mali nihil, boni plurimū fe-
cisse Christū, ideo maledicere ei nefas
esse. Et in hoc amoris affectu obiit
gladio confossus.

3. S. Bathildis Regina Francorum
Clodouæo Rege defuncta vidua operā
dedit & vitā sacris rebus & Ecclesijs.